



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 60. Tumultus ob Religionem in Scotia suscitati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI. gabat, adjutus denuo vitæ periculum  
A.C. 1558. evasit: postea vero Lugdunum reverti  
 coactus est.

## §. LX.

*Tumultus ob Religionem in Scotia  
 suscitati.*

*Thuan. hist.* Interea Religio Catholica in Scotiæ  
*l. 21. sub fin.* regno magnis exponebatur tumultu-  
*Buchanan* bus; cum enim Vidua Scotiæ Regina,  
*hist. Regn.* quæ junioris Reginæ Mariæ Stuartæ  
*Scot. Mem.* de Memvil. Mater erat, haud obscure intelligeret,  
 quod Regni administrationem, quam nonnisi Guisii, & Lotharingii Ducum  
 opera obtinuerat, haud ultra conser-  
 vare posset, nisi Protestantibus patro-  
 cinium suum impenderet, hinc clande-  
 stinos eorum congressus indulgenter  
 tolerabat, eorumque factionem pluri-  
 mum invalescere, atque augeri patie-  
 batur. Evidem Santandreamus Ar-  
 chiepiscopus, ut hisce hæresum pro-  
 gressibus remoram poneret, nullum non  
 movebat lapidem, irrito tamen conatu  
 hosce Sectatores compescere fatagebat,  
 eoquod hi tam numero, quam potentia  
 indies novis incrementis inclarecerent,  
 donec Hispani bellum Gallis nuntiarent:  
 cum vero tum Angli pariter Philippo II.  
 armorum societate jungerentur, & ali-  
 unde Regni Administratrix Scotos ad  
 bellum Mariæ Reginæ nuntiandum in-  
 ducere

ducere haud posset, hinc matrimonium Sæcul. XVI.  
A.C. 1558.  
inter juvenem Reginam, & Delphinum conciliabatur, quo inito rerum facies in Scotia plurimum mutata fuerat.

## §. LXI.

*Protestantium rebellio in hoc Regno inchoata.*

Cum regni illius Clerici haud igno-  
rarent, quod Franciæ Rex Thu. &  
Buchan. l. 6.  
novæ sectæ fautoribus parum faveret, hinc sese a Gallis suffultum iri sperabant, si Scotos ad veræ Ecclesiæ finum revocare aggredierentur: quinimo ipsa met Regina, cum Protestantium ope haud ultra indigeret, remissori studio illis ad stipulari cooperat, ac longe alium erga eos animum induisse videbatur; quippe in omnibus suis actionibus singularē mansuetudinem, morumque comitatem, qua ceterorum animos sibi conciliatos studiis suis arctius obstrinxerat, præseferebat; mox tamen hæc ipsa lenitas in imperiosam degenerabat arrogantiam, qua omnibus exosa reddebatur. Ex altera quoque parte S tandemreanus Archipræful de sua extrema, qua Protestantes plectebat, severitate nihil remittere volens, quemdam senio gravem, sed inveteratæ hæresis Presbyterum jussit comburi, nec minus ceteri